[redacted] 384.

[redacted]

Ampl^mo^ doct^mo^que Viro
Jacobo Pilio
Senatori Dordraceno
Const. Hugen.
Sal.

De munere posthumo, et quasi ex praestantiss.^i^ Patrui tui fideicommisso in saeculum transmisso, gratum est, Vir Ampl.^me^ quam quod maxime. Illo mihi in eorum censu, quos cum duobus Janis, secundo Douzaque filio, acerbo sibi fato ereptos Batavia jure suo aeternum dolitura est. Amicorum Album meum quod nigrescere sepiâ volueris, aliquando factum nolis, nunc quod intrasti excedendum est. Ingressi me illustri turba non valde libens: nisi quod vel pudenti et reo volupe fuit testatum facere quanti amicitiam magnorum virorum putem, quod est a te amari. Vale. Scrib. Maldegh. in Castr. III Id. Sext.
CIↃIↃCXLV.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 384
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4067